

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1104 - 1105

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

64. *In der Urkunde Kaiser Heinrichs IV, in der er dem Stifte des heiligen Simeon in Trier den Rheinzoll zu Coblenz bestätigt: de Strazburg (venientes) debent dare 6 denarios et 2 denariatas vini. 1104 Juni 5 Mainz¹.*

Aus Beyer Mittelrh. Urkundenb. I, 467 nr. 409 mit Litteraturangabe II, 670; Höhlbaum Hans. Urkundenb. I, 3 nr. 5 mit Nachträgen zu derselben. — Böhmer nr. 1972; Stumpf nr. 2971.

65. *Bischof Cuno von Straßburg beurkundet, daß seine Getreuen Regenboto, Sigefrit und Ingolt auf Bitten und für das Seelenheil des Presbyters Hartmann dem Straßburger Domstift Grundbesitz mit Kirche in der Gemarkung Harthausen geschenkt haben. 1105 Straßburg.*

† : In nomine sanctae et individuae trinitatis. : Cuono divina favente clementia Argentinensis episcopus. quanto juniores tempore, tanto neglegentiores quia perplures existimus et, quae litterarum testimonio non obtinemus, vetustate temporis amittimus, idcirco tradimus cartis, quae curamus observare posteris. notum igitur esse cupimus tam futuri quam praesentis saeculi hominibus, qualiter quidam laici fideles nostri Regenboto, Sigefrit, Ingolt rogatu alterius fidelis nostri Hartmanni² nomine et ordine presbiteri decem mansos in marchia Harthusen ab ipsis vel ab aliis proprio sive hereditario jure conquisitos pro remedio anime prenominati presbiteri ecclesie sanctae Mariae Argentinensi fratribusque ibidem deo servientibus absque omni contradictione cum utilitate subjuncta et uno mancipio nomine Gebba et ecclesia in praefato loco in honorem sanctae Margaretae constructa libera manu tradiderunt, tradendo legitima astipulatione confirmaverunt videlicet banno, arvis, edificiis, campis, pratis, pascuis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus, silvis, cultis et incultis, exitibus et redditibus, cum omni etiam utilitate, quae nominari potest, ea videlicet conditione, ut idem Hartmannus, quoad viveret, quinque solidos Argentinensis monetae fratribus praefatis et eorum ministris in annuntiatione sanctae Mariae annuatim persolveret, post mortem vero ejus successores ejus, quos ipse eligeret, anniversario ipsius tantum darent. hujus conditionis jus decano praedictae ecclesiae tradimus et ipsius ministerii tuicioni commendamus. quod ut ratum et inconvulsum omni permaneat aevi, hanc cartam inde conscribi testesque subscribi et sigilli nostri impressione fecimus insigniri.

März 25

Hi sunt testes praescriptae traditionis: Cuono episcopus, quo consentiente et cujus banno confirmante haec omnia facta sunt, Brün majoris ecclesiae praepositus, Uoluerat decanus, Burchart cantor, Eberhart edituus caeterique eorum confratres,

¹ *In der Coblenzer Zollrolle des St. Simeonsstiftes in Trier von 1209 Juni 13 ist die Abgabe der Straßburger so normirt: omnes de Strazebürch 8 den. librales vel 5 den. Colonienses. Beyer Mittelrh. Urkundenb. II, 280 nr. 242.*

² *Im Necrol. eccles. Argent.: 17 kal. febr. Hartman presb. ob. de Harthusen. 5 solidi unde datur unicuique fratrum den. 1, quocumque locorum sit. quod beneficium pertinet ad ministerium decani. Mones Anz. 1838 S. 10.*